UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XV. De frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

can.1.& 2. XXXV. qu.1. & ſimilib. c. pen. verſ. prohibitio h. t. & c. Lacet. 47. ſup. de teſtib. Seſſ. 24.c.4. de reform. matr.

Inter adfines aſcendentes & deſcenden-tes, quia ſunt parentum & liberorum lo-co, prohibitæ ſunt nuptiæ in infinitum. Inter eos vero, qui a latere conjuncti ſunt, olim prohibitio iſta locum habebat in quolibet genere adfinitatis, ad ſeptimum uſque gradum; ſicut & inter conſanguineos collaterales: verum hodie tantum in primo genere adfinitatis, & ad quartum gradum incluſive. Quam tamen prohibitionem propter adfinitatem ex fornicatione contractam Conc. Trid. ad eos tantum, qui primo & ſecundo gradu conjungitur, reſtrinxit.

(De praxi hodierna legas Struv. *Syntagm. jur. civil. Exerc. 29. theſ. 43. & ſeqq.*)

De frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi.

TIT. XV.

1. *Impotentia coeundi quæ & quando impedit & dirimit matrimonium?*

IMpotentia utique perpetua & immedicabilis, quæ ſcilicet non ſine miraculo aut gravi læſione corporis, vel probabili periculo animæ, tolli poteſt: ſive ea ex naturali cauſſa contingat, puta ex frigiditate, aliove naturæ defectu vel exceſſu; ſive ex cauſſa accidentali & adventitia

ta, veluti ex maleficio, ſeu veneficio, aliterve vi adhibita: ſi nimirum alter conjugum hoc petat, & impotentia probetur. *c. 1. 2. 5. 6. & ult. h. t.*

2. *Quid ſi quis ſciens cum impotente contraxerit?*

Eo caſu non quidem ſeparabitur matrimonium, verum ſi non poſſit alter alterum habere ut maritum aut uxorem, habet ſaltem ut fratrem, aut ſororem. *c. 4. & 5. eod.*

3. *An conjugato adſerenti ſe aut conjugem impotentem, credi ſtatim debet?*

Nequaquam; ſed probatione opus eſt, quæ ſi ſtatim ex ſolo aſpectu corporis per evidentia ſigna haberi poſſit, tunc ſtatim fit ſeparatio conjugatorum judicio Eccleſiæ, nullo exſpectato: vel ſi non poſſit haberi probatio, jubentur per integrum triennium cohabitare, & ſe experiri. Quo tempore elapſo, ſi ambo jurent, una cum ſeptima manu propinquorum, id eſt, ſeptem propinquis vel cum ſeptima manu vicinorum bonæ famæ, ſi deſint propinqui, ſe fruſtra expertos fuiſſe, poterit ille, qui impotentem duxerit, illa dimiſſa aliam ducere, vel alia, quæ impotenti nupſerit, alii nubere.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

4. *Quid ſi poſtea deprehendatur, eum, q[illegible] probatus & judicatus fuerit impoten[illegible] non fuiſſe impotentem?*

Tunc is, qui fuerit abſolutus per[illegible] tentiam, & ſolutus vinculo conjugii [illegible] oris, cogitur ad priorem conjugem [illegible] dire, quaſi nulla ſeparatio facta eſſe, [illegible]
d. c. 5. & c. illi, qui in impotentiam ejus juraveran[illegible]
ult. h. t. rei ſunt perjurii. Non obſtante excep[illegible] ne rei judicatæ: quoniam ſententia [illegible]
c. 7. 10. & cauſſa matrimonii lata nunquam tra[illegible]
11. ſup. De in rem judicatam, & ideo, quandocu[illegible]
ſent. & re que conſtat de ejus iniquitate, retracta[illegible]
jud. poteſt.

De matrimonio contracto contra in-terdictum Eccleſiæ.

TIT. XVI.

1. *Quando huic interdicto locus eſt?*

QVando prohibetur inter aliquos ma-trimonium contrahi, donec de cau[illegible] ſa cognoſcatur, quia forte dubitetur, a[illegible] ſanguine vel affinitate juncti ſint in gra[illegible] du prohibito, an non, an aliud aliqu[illegible] impedimentum ſubſit.

2. *Quid ſi, non obſtante interdicto, alig[illegible] contraxerint?*

No